

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria c
cum fonte primo

Quanti et quales episcopi et
clerici post
confessionum et uictoriarum calcata
certamina, post magnalia et
signa mirabilia usque quaque
monstrata noscuntur cum hiis omnibus
naufragasse, cum uolunt in nauī fragili
nauigare? Quantos leones domuit una
infirmetas, id est luxuria, delicata que
cum sit uilis et misera de magnis efficit
predam?

Augustinus de singularitate clericorum.

quanti et quales episcopi et
clerici simul et laici post
confessionum uictoriarumque calcata
certamina, post magnalia et
signa uel mirabilia usque quaque
monstrata, noscuntur cum his omnibus
naufragasse, cum uolunt in nauī fragili
nauigare? quantos leones domuit una
infirmetas delicata, quae
cum sit uilis et misera, de magnis efficit
praedam?

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De
singularitate clericorum*, 4 (CSEL 3.3,
W. Hartel ed., pp.177-8, ll.27-30, 1-2).